

D. Zian, successor Halleri, meditatur Historiam *Salviæ*, et Hallerus ipse totus in *Orchidibus* est.

Floram Palæstinam in dissertatione academica edidi \*.

Stereus columbarum, quod in Sacrà Scripturâ, urgente annonâ, fertur charo pretio divenditum fuisse, nullus philologorum extricavit, quod mihi videtur fuisse *Ornithogali, umbellati* radices.

Annon Synocha Hungarica deberet ad Amphimerinas referri, cùm exacerbetur omni vesperâ?

Febris lyncodes, veterum *Nolphoc*, à phlogosi diaphragmatis, anne Synochus singultuosus dicens, vel an ad Paraphrenesin?

An, et quandò prodeant *Classes morborum*, cum speciebus eorumdem? Quæso, hæc scribas.

Dies noctesque consumo in editionem novam *Systematis Naturæ*, ut inseram omnia animalia mihi nota.

Durius tempus vernale non habuimus ab eo

GASTONIS, ducis Orleanici inceptam, que nunc in Musæo Hist. nat. Paris., sub nomine Collection des velins du Musæum, servatur in dies amplificata. Hunc senescentem adjuvit, inque ipsius anno 1743 defuncti locum suffecta est Magd. Francisca Basseporte, cui debentur icones in dissertationibus Bern. de Jussieu insertæ. » (Adn. Ad. de Jussieu, Act. præcit., p. 188-189.)

\* *Amœnit. Academ.*, vol. III, Holm., 1756.